



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

Nativ. B. M. V. 8. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Cum aures nec quicquam diu pulsasset, dæmoni denique malo, qui ad eas nugas impellere animas adsolet, pro concione imperavit, positâ larvâ palam sese ostenderet. Enim verò paruit tam horribilis, ut jam magistri sui puderet in ludo discipulos, facileque cum illo etiam hunc clamarent. Sed, ô Superi, invenit hodie iterum discipulos pesimus Doctor. Juvat chartas minime doctâ pictas manu crepare. juvat aleam (vel salutis) jactare; juvat terrâ plaudere, & ne serò pereamus, ad orcum non jam imus; currimus, saltamus. Ex Surio.

Quod Sirenes fuisse singuntur, id verè sunt illecebra cupiditatibus, & blandimenta vitiorum: habent enim in specie lenocinium, in gustu venenum, quorum usus in criminis pretium in morte numeratur. S.Paulin.ep.35.

NATIV. B. M. V. 8.Septembris.

Potuit denique post longissimæ noctis tenbras solem hoc die tellus sperare, quando tot votis jam olim exoptatam nasci *Auroram* vidit, **MARIAM** inquam, quæ Joachimo atque Anna prognata lucem primò vidit dicam? an videndam orbi propinavit hodie. Certè festum agere hunc diem multis jam retrò seculis Christianus orbis instituit, idque cælo auctore. Nam ferum Anchoretum hâc ipsâ luce quotannis audire cælestes illos Amphiones solitasse, qui latissimis modulis omnem latè aërem exhilararent; sed & Paulum quendam annis permultis sub eam noctem, quæ diem *Virginis* natalem præit, vidisse sidus ingens cælo se demittere, & festivis ignibus ædem Lauranam exornare: utrumque porrò Angelis doctoribus didicisse, id ob *Cunarum virginearum* memoriam Superos factitare. Echo itaque solum est omnis

8.Sept.
omnis
suis co
hujus v
animu
tura! E
lestini
impere
ter su
dies VI
elle, au
in quib
cum sc
Duran.

Studi
nis ince
mente pe
figimur
muri. P

S. A

MA
stianos
equestri
dem pr
mentis
le ratus
andas
la ven
tus Na
dis cas
admisit
Quin ip
casus il

3.Sept. VITÆ SANCTORVM. 437
moni
nimas
â pa-
norri-
cipu-
arent.
s pes-
oictas
te; ju-
orcum
o.
decebr.s
nim in
sus in
ep.35.
tene-
do tot
vidit,
Annâ
endam
e hunc
orbis
Anan-
elestes
odulis
aulum
, quæ
ingens
n Lau-
lis do-
m me-
um est
omnis
8. Sept. omnis hodie mortalium plausus, quam cælum suis concentibus provocat, utinam vel ad ultima hujus vota responsura! scintilla est, ab æthere in animos hominum illapsa, utinam in incendia abiatura! Bene profectò Innoc. IV. quòd à morte Cælestini IV. Pontif. Max. creatio, quam Frideric. II. Imperat. turbare nitebatur, VIRGINIS ope feliciter successisset, patronæ cuñas omnibus annis dies VIII. celebrari jussit. Sed hoc etiam parum esse, audacter dico. Felices illæ Cunæ, illæ linguæ, in quibus quotidie MARIA cum aurorâ nascitur, cum sole vivit, & neque cum die emoritur. Ex Duran. Beleth. Vincent. Tursell.

Studeamus seculi hujus blandimenta desplicere, carnis incentiva reprimere, Crucem Christi assiduè in mente portare, quatenus dum nunc gladio Maria transfigimur, cum ipsâ de aeternæ felicitatis dulcedine satiemur. P. Damian. serm. 2. de Natal. B.M.V.

S. ADRIANUS MART. 8. Septembri.

Appam dixisset martyrum sanguinem, qui hunc mitti vidisset, tam ad pugnam Christianos olim passim excivit. Ita ADRIANVM ex equestri ordine virum, ut Christo militaret, eadem prælia, martyrum gloria & invicta in tormentis constantia, accenderunt. Et viciisse etiam ratus est, cum manus tyranno dedit vinculis ligandas, ex quibus cum aliquot post dies cum bona venia egressus ædes suas repeteret, conjunctus Natalia fortissima matrona transfugam è sanctis castris adventare rata tecto exclusit, nec prius admisit, quam fidem se Deo servasse ostenderet. Quin ipsa in vincula reduxit maritum, ipsa cum casus ilia effunderet, dictis firmavit. Et quia femi-

T 3

nis